Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26236
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quaerendo si sola hac perceptione non et exa
more impleret servili conditione preme
retur: dedit ei deus affectum quo corpus suum ama
ret, ut sic eius integritatem et sanitatem
diligeret, sic et omnia quae ad illam conservan
da valerent libenter provideret. Rur
sum ne vel nullus quaerendi labor esset, vel
in sumendis periculum, indigentiam simul et
appetitum carnalem certa mensura temperavit,
quatinus ei ad fomentum et pauca sufficere possent carni,
et ad satietatem modica. Itaque providentia
nutrimentum labor quam oblectamentum, et exercitatio
futura foret si homo iustitiam tenuisset.
Sed quia spiritus super se elatus appetitum suum intra
mensuram cohibere noluit, iccirco ad laborem
et miseriam illi factum est, ut iam in appetitu
carnis suae mensuram tenere non posset, et pro
peccatum enim spiritus puniendum fregit deus
mortalitate integritatem corporis hu
mani, et ob hoc pluribus iam fomentis quam prius
indiget, tamen ad reparanda incolo[mitatem]
quam prius quam ad conservanda quantum re
mansit. Hinc illa dura necessitas gig
nitur: ut extra ordinem primae dispositi
onis necessario appetitum extendat,
quatinus scilicet non solum naturam custodiat, sed
ut et ipsi naturae vitium et corruptio
nem expellat. Spiritui itaque sic ei naturaliter
datum est commodum carnis suae diligere, sic
naturaliter et habet ut eius incommodum non pos
sit amare.

Quod necessitas concupiscendi non excusat qui a voluptate venit.

Sciendum vobis est quoniam
haec necessitas concupiscendi non
ideo culpa non est quia necessitas est. Quia
ut esset haec necessitas non necessitas causa
fuit sed voluntas. Sed quid dicemus? Si hoc na
turaliter habet homo ut incommodum suum amare
non possit, neque commodum suum fastidire, ergo
quicquid appetit commodum illi est, et non appetit
incommodum suum umquam. Quid fuerit est quare
reprehenditur aliquando vel accusatur pro eo quod ap
petit, cum non appetit unquam nisi commodum suum, et hoc
ei appetere naturaliter datum sit in tantum
ut ipsa natura in eo quod facta est inmobili
ter consistente aliud omnino praeter commodum
suum appetere non possit?

Quod commodum et ordinatum appetendum.

Sed aliud est id quod
aliquo modo commodum est appetere eo modo
quo commodum non est, atque aliud id quod commodum
est desiderare eo modo quo commodum est. Omne enim
quod commodum est aliquo modo commodum est, et similiter
omne quod incommodum est aliquo modo incommodum est,
et non universaliter. Qui ergo appetit quod aliquo modo
commodum est, et non appetit eo modo quo commodum
est, tantum putans commodum suum esse eo modo quo
appetit, iste non commodum appetit, quia